

mer. 577. cum sequentibus; adducens privilegium Bullatum concessum PP. Augustinianis à Leone X. quod cum his, qui in primo affinitatis gradu scierint, aut ignoranter contraxerint, modo notorium id non fuerit, neque in iudicium productum, dispensare valeant, ut de novo contrahant, & in eodem contracto matrimonio remaneant, prole etiam legitima. Ita tenor privilegii, prout refertur ex Bulla dict. Leonis X. à Richardo Rossensi Episcopo in Libello de causa matrimonii Regis Angliæ, à quo Rege in odium fidei Catholice fuit occisus, & à Cassaing. de privilegiis Regul. tract. 5. cap. 5. propos. 3. à Vera Crux 2. part. speculi aurei art. 27. vers. Et hoc confirmavit expresse, & ab aliis. Cum enim, dicit Reiffens-tuel loc. cit. num. 579. vi dicti privilegii ab ipso allegati loc. cit. num. 543. possint Confessarii Regulares Mendicantes legitime approbati, & expositi absque ulla speciali deputazione, vel licentia Superioris dispensare in foro conscientie cum conjugatis super impedimento affinitatis dirimente, ita ut matrimonium nulliter contractum revalidare, in eoque permanere, debitumque petere, ac reddere valeant, multo magis poterunt super eodem affinitatis impedimento solam penitentionem debiti impediencie dispensare juxta regulam 53. juris in 6. ibi: *Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus*; etiam in materia privilegiorum, si majus, & minus sunt ejusdem ordinis, & minus in majori includatur, uti in præsentibus, quia potestas dispensandi super impedimento dirimente implicitè etiam includit potestatem dispensandi super impedimento petendi debitum, utpote quod liberè petere possunt conjuges incestuosi statim ac sunt dispensati super impedimento affinitatis dirimente, cum quo contraxerunt. Hinc dicto privilegio Confessarii absque ulla speciali licentia in foro conscientie securè uti possunt; præsertim cum in dispensatione ad petendum debitum non agatur de valore sacramenti, sed tantum de honestate actus. Hactenus ad litteram Reiffens-tuel.

DECANATUS sacri Collegii. Vide verb. Cardinales art. 2. à num. 19. ad 20.

DECIMÆ.
ARTICULUS I.

Quoad ea, quæ concernunt decimarum esse, divisionem & obligationem.

SUMMARYUM.

1. Decimæ quid sint.
2. Decimæ ortum habent ex veteri testamento.
3. Adducuntur congruentia decimarum, usque ad num. 5.
6. Quare decima pars potius, quam vigesima, vel alia quota electa fuerit à Domino.
7. Decima dividitur in prædiales, seu reales, & in personales. Et quæ sint utraque, ad n. 8.
9. Omittitur hic tertium genus decimarum, quas varii admittunt, & vocant decimas mixtas.
10. Decimæ aliæ sunt profane, & aliæ Ecclesiasticæ, & quæ sint utraque, ad n. 12.
13. Decimæ duplici modo considerari possunt. Primo modo materialiter, & secundum substantiam, quatenus sunt stipendium necessarium ad honestam sustentationem ministrorum ecclesie; seu idè modo formaliter, & secundum certam, ac determinatam partem fructuum, scilicet decimam, non octavam, vel duodecimam.
14. Decimæ primo modo consideratae sunt debite ministris ecclesie jure naturali, divino, & humano, ad n. 17.
18. Decimæ primo modo consideratae prout præcise continent necessariam sustentationem ministrorum ecclesie, sunt eis solvenda, etiam si aliunde habeant, unde vivant.
19. Secus autem est dicendum, si ministri ecclesie sustentationem necessariam habeant ex aliis redditibus ecclesiasticis.
20. Decimæ secundo modo consideratae, id est formaliter, & secundum certam, ac determinatam partem, seu partem fructuum, scilicet decimam, non octavam, vel duodecimam, licet in veteri testamento fuerint debite

ex jure divino positivo, tamen tempore novi testamenti debentur ministris ecclesie solum ex jure positivo canonico, seu ecclesiastico, ad n. 5.

26. Adducuntur pro instantia novi canonis, & solvuntur, ad n. 28.
29. Decimas defraudantes, vel non solvendo peccat dupliciter, scilicet, & contra virtutem religionis, & contra virtutem justitiæ, ad n. 30.
31. Immo ex Tridentino defraudantes, & non solventes, aut impedièntes solvere, possunt & debent excommunicari, ad n. 32.
33. Add. ex aliena manu, ad n. 51.

DECIMÆ sunt decima pars omnium fructuum, & proven-tuum juste acquiritorum, Deo in recognitionem universa-lis, suprimique domini debita, atque ecclesie ministris solvenda. Est in re communis; & deducitur ex cap. Non est c. 22. Transmissa 23. & cap. Tua nobis 26. de deci-mis, cum concordantiis; & Conc. Trid. sess. 25. de re-form. c. 12. Decimæ ortum habent ex veteri testamento; 2 Genesis 14. & 28. Exodi 22. Levit. 27. num. 28. Decima-rum congruentia est: Primo, quia sic recognoscitur Deus tanquam Donator, & supremus Dominus omnium bonorum, juxta c. Tua nobis 26. de decimis, ibi: *Deci-ma quæ Deus in signum universalis domini tibi reddi præcepit, suas esse decimas, & primitias asseverans, & cap. Cum non 33. eod. tit. ibi: Cum autem in signum uni-versalis domini quodam titulo speciali sibi Dominus deci-mas reservaverit. Secundo, quia ministris Dei debetur sustentatio, juxta illud Matthæi 10. ibi: *Dignus est enim operarius cibo suo, & Luca 10. ibi: Dignus est enim operarius mercede sua, & 1. ad Corinth. 9. ibi: Quis militat suis stipendiis unquam? Si nos vocis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Nescitis, quoniam, qui in sacro operantur, quæ de sa-crario sunt edunt, & qui Altari deserviunt, cum Altari participant? Ita & Dominus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere; Et c. Cum secundum 16. de præbend. ibi: Cum secundum Apostolum, qui Altari servit, vivere debeat de Altari, & qui ad curam eli-gitur, repelli non debeat à mercede, patet à simili, ut Cle-rici vivere debeant de patrimonio Jesu Christi, cujus obse-quo deputantur. Tertio, quia de decimis, post sufficien-tem ministrorum Dei sustentationem, debent pauperes sustentari, juxta illud c. Tua nobis 26. de Decimis, ibi: *Nec decimas, quæ tributa sunt egentium animarum, præ-sument detinere, & c. Decimæ 66. caus. 16. quest. 1. ibi: Decimæ tributa sunt egentium animarum, ubi etiam in casu, quo ecclesie ministris suam necessariam sustentationem jam habentibus, de decimas non solvente sic ait S. Augustinus ibi relatus: *Quantis pauperes in locis, ubi ipse habitat, illo decimas non dante fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante tribunal æterni Judicis apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam suis viribus reservavit.* (Non discrepat à doctrina in anteceden-tibus num. inserta leg. 1. tit. 5. lib. 1. Fori Reg. in proemio, leg. 1. & 2. tit. 20. p. 1. Nec erit alienum re-tinere determinatum in leg. 1. & 2. tit. 4. lib. 1. Ord. Reg. L. 1. & tit. 5. lib. 1. Rec. Cast.) Decima autem pars potius quam vigesima, vel alia quota electa fuit à Domino, quia decenarius numerus, erat primus terminus numerorum, cum ultra eum non procedatur, nisi iteretur, & sic ali-quid perfectionis habet. (In dicto Proemio tit. 20. p. ejusd. designatur causa cum suis exemplis, cur decenarius nu-merus fuerit electus; & septenarius numeri excellentia in prologo septem partit. invenitur; neque est obli-viscendum leg. 1. tit. 4. p. 1. ubi ratio demonstratur, cur Sa-cramenta sunt nec plura nec pauciora quam septem. Vi-de miliario leg. 2. tit. 21. p. 2.)***

Decimæ dividuntur in prædiales, seu reales, & in per-sonales, ut colligitur ex c. Ad Apostolicæ 20. de deci-mis, & Gloss. ibi. verb. Personales. Decimæ prædiales, seu reales sunt illæ, quæ solvuntur de prædiorum, agro-rum, vinearum, prætorum, hortorum, arborum, domus elocatae, silvarum, omnibus fructibus, necnon & de animalibus, ut colligitur ex cit. c. Ad Apostolicæ 20. de decimis, & Gloss. ibi. & c. Cum in suo 30. eod. tit.

8. & c. Significavit 5. de Parochiis. Decimæ personales sunt illæ, quæ solvuntur ex acquisitis proprio cujusque labo-re, solertia, & industria, v. g. negotiatione, scientia, artificio, militia, mercatura, officio, & hujusmodi; ut colligitur ex cit. c. Ad Apostolicæ 20. c. Non est 22. & c. Pastoralis 28. de decimis, & ex c. Decimæ 66. caus. 16. quest. 1. ibi: *De militia, de negotio, de artificio redde decimas.* (Leg. 3. 11. 12. & 17. tit. 20. p. sup. citat. Vide leg. Recop. Ind. In addit. Hispan. infra art. 3. insertas cum leg. 14. & 20. ibid. Vid. etiam proximè anteced. animad-versas.) Omittitur hic tertium genus decimarum, quas varii admittunt, & vocant decimas mixtas, voluntque esse illas, quæ partim reales, & partim personales sunt, quatenus nempe partim ex natura prædiorum, & animalium, & partim ex industria, & artificio hominum proveniunt, uti sunt illæ, quæ ex lana, lacte, caseo, melle, & hujusmodi proveniunt. Iste enim decimæ mixtæ, ultraquam quod nullibi memorantur in Jure, nec de illis fit aliqua mentio in cit. c. Ad Apostolicæ 20. c. Pastoralis 28. c. Cum in tua 37. de decimis, & cit. c. Decimæ 66. caus. 16. q. 1. ex quibus colligitur solummodo decimæ præ-diales, seu reales, & decimæ personales, manifestè re-ducuntur ad genus decimarum prædialium, aliis etiam omnes prædiales debent dici decimæ mixtæ, cum etiam illæ partim à natura, partim ab industria hominum proveniant, ut clarè patet in frumento, vino, & hujusmo-di, ad quæ producenda non tantum natura, sed & in-dustria hominum in excolendis v. g. agris, vineis, & hujusmodi multum conferunt. Unde merito Gloss. in cit. c. Ad Apostolicæ 20. verb. Personales, duas tantum spes decimarum distinguit, personales scilicet, & præ-diales, inter quas prædiales enumerat decimas, quæ ex animalibus penduntur, quæ cum pro certo non sint per-sonales, neque rigorose loquendo possunt dici Miste, adeoque attentè jure in cap. Apostolicæ, & aliis mox ci-tatis, & in l. pecudum, ff. de usuris, & Gloss. ibid. Deci-mæ ad duas tantum species reducuntur, Prædialium, scilicet, & Personalem, Barbosa de offic. & potest. Paro-chi cap. 28. num. 9. & 10. Engel. lib. 3. decret. tit. 30. num. 1. Reiffens-tuel ibid. num. 4. & alii. Præterea decimæ aliæ sunt profane, aliæ ecclesiasticæ, ut tradit Gregor. To-los. lib. 2. Synagog. cap. 20. Profane sunt quoddam genus tributi, quod olim seculares Domini, prædiis subditorum imponere solebant. Ecclesiasticæ autem sunt duplicis ge-neris, aliæ scilicet sunt pure spirituales, & strictè eccle-siasticæ, & aliæ laicales, & minus ecclesiasticæ; priores sunt, quæ juxta primævam suam institutionem, & ori-ginem in signum universalis domini Dei super nos, sol-vuntur ipsius Dei, & ecclesie ministris pro honesta eo-rum sustentatione intuitu spiritualium ministrorum eis-terici separatae, ex concessione ecclesie ab iustam causam solvuntur Laicis, Layman l. 4. tract. 6. c. 1. n. 1. Gregor. Tolos. l. 2. Synag. c. 20. Pirhing. l. 3. Decret. tit. 30. num. 5. Reiffens-tuel ibid. num. 6. & alii passim.
13. Decimæ duplici modo considerari possunt. Primo mo-do materialiter, & secundum substantiam, quatenus sunt stipendium necessarium ad honestam sustentationem ministrorum ecclesie; Secundo modo formaliter, & secundum certam, ac determinatam partem fructuum, scilicet decimam, non octavam, vel duodecimam. Deci-mæ primo modo consideratae sunt debite ministris eccle-sie jure naturali, divino, & humano; S. Thomas 2. 2. quest. 87. art. 1. in corp. Pirhing. l. 3. decr. tit. 30. num. 6. Reiffens-tuel ib. num. 6. Engel ib. num. 2. & communissima aliorum. Prima pars de jure naturali est clara, quia jus natura, & justitia naturalis dicitur, quod sicut ecclesie ministri plebi spiritualia præbent, sic plebs illis pro sus-tentatione corporalia tribuat; est enim natura dictamen, ut qui aliquid servitium præstat, ab eodem stipendium justum recipiat. Secunda pars de jure divino habetur expresse ex variis sacra Scripturæ textibus, ut Matthæi 10. ubi Christus de ecclesie ministris loquens ait, *Dignus est enim operarius cibo suo, Luca 10. ibi: Dignus est enim operarius mercede sua, & 1. ad Corinth. 9. n. 7. ibi: Quis militat suis stipendiis unquam? & ibid. n. 11. Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carna-*

lia vestra metamus? & ibid. n. 17. Nescitis, quoniam, qui in sacro operantur, quæ de sacro sicut edunt, & qui Altari deserviunt, cum Altari participant? Ita & Domi-nus ordinavit iis, qui Evangelium annuntiant, de Evan-gelio vivere. Tertia pars de jure humano clarè patet ex 17 repetitis textibus Juris Canonici, & signanter in c. Com-missum est 4. c. Pervenit 5. c. Nuncios 6. c. Cum homi-nes 7. c. Dilecti filii 8. & toto titulo de decimis. Sic etiam in Sexto Clement. & Extravagant. ubi solutio decimarum passim præcipitur. Item in c. Admonemus 2. c. Præcipi-mus 3. caus. 16. quest. 2. & cap. Decimæ 1. c. Pervenit 3. cap. Quicumque 4. cap. Omnes 5. cap. Decimas 6. cap. Majores 8. caus. 16. q. 7. Item in Conc. Trident. sess. 25. de reform. cap. 12. Hinc inferitur, quod decimæ primo mo-do consideratae, prout præcise continent necessariam sus-ten-tationem ministrorum ecclesie sunt eis solvendæ, etiam si aliunde habeant, unde vivant, v. g. ex patrimonio, ex artificio, & hujusmodi, quia non dantur illis ex mera misericordia, vel charitate tanquam elemosina, ut fit pauperibus; sed ex justitia, tanquam stipendium debitum laborantibus; Sic Suarez tom. 1. de Regul. tract. 2. lib. 1. c. 11. num. 9. Layman lib. 4. tract. 6. cap. 2. num. 1. Pirhing. loc. cit. num. 6. Secus autem est dicendum, si 19 ministri ecclesie sustentationem necessariam habeant ex aliis redditibus ecclesiasticis; in tali enim casu decimæ non deberent eis jure naturali ac divino, quia non habe- rent tunc rationem necessariae sustentationis, ideoque cessaret ratio, cur decimæ dicantur esse debite jure naturali, ac divino; sicut de factò plurimis in locis minist-ri ecclesie aliunde providentur de necessaria sustentatione, ut experientia constat, & ex Layman observat Pirhing. loc. cit. n. 6.

Decimæ secundo modo consideratae, id est formaliter, 20 & secundum certam, ac determinatam partem, seu quom-tam fructuum, scilicet decimam, non octavam, vel duo-decimam, licet in veteri testamento fuerint debite ex jure divino positivo; tamen tempore novi testamenti debe- rent ministris ecclesie solum ex Jure positivo canonico, seu ecclesiastico; Rota recent. parti. 5. tom. 1. dec. 62. num. 20. & parti. 8. decis. 31. num. 5. S. Thomas 2. 2. q. 87. art. 1. in corpore, S. Antoninus p. 2. tit. 4. cap. 3. §. Henricus, quæd lib. 4. q. 28. aliique Theologi communiter, & plu-rimi Canonista cum Barbosa de offic. & potest. Parochi cap. 28. num. 7. ubi eos una cum Theologis citat, Fagnan. in cap. In aliquibus 32. de Decimis n. 9. ubi dicit, quod hoc communiter tenetur; Pirhing. loc. cit. n. 7. contra Glossam in cap. 1. de Decimis in 6. verb. Decimarum, Innoc. in c. Ultim. de Parochiis & plurimos alios Canonistas antiquos citatos, & secutos à Reiffens-tuel loc. citat. n. 13. Prima pars, nempe, quod decimæ etiam formaliter, & secundum determinatam partem in veteri testamento fuerint debite de jure divino positivo, patet clare ex cap. 22. Exodi, ibi: *Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis reddere; & ex cap. 27. Levitici, ibi: Omnes decimæ terre, sive de pomis arborum, sive de frugi-bus, Domini sunt, & illi sanctificantur, & paulo post: Omnium decimarum bovum, & ovium, capræ, quæ sub Pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit sanctificabitur Domino. Secunda pars, nempe quod decimæ formaliter, & secundum determinatam partem capta tempore novi testamenti non debeantur de Jure naturali, nec divino positivo, sed solum Jure positivo canonico, seu ecclesiastico, probatur. In primis enim manifestum est, quod lex, & ratio naturalis plus non exigit, quam ut congrua sustentatio præbeatur ecclesie ministris nobis spiritualia ministrantibus; neque, ut evidens est, ex vi legis nature magis illis debetur pars decima, quam v. g. pars septima, octava, nona, vigesima, vel trigesima; Quare in lege natura ante legem mosaicam nulla extabat lex decimarum, & probabile est, quod Abraham Genes. 14. & Jacob Genes. 28. non ex obligatione, sed sua libera voluntate decimas obtulerint; Azorius tom. 1. lib. 7. cap. 23. quest. 2. Suarez. loc. cit. cap. 10. num. 4. Layman lib. 4. tract. 6. cap. 2. assertio. 2. §. Altera vero pars, Pirhing. loc. cit. n. 7. & colligitur ex ipsomet textu; Abraham enim cit. cap. 14. libera, & vol-untaria gratitudine obtulit decimas Sacerdoti Melchise-dech,*

deh, ex quo ipse sacrificium Deo obtulisset, & contra hostes præliaturus suam ei benedictionem dedisset; cui suam victoriam attribuens, dedit decimas de omnibus ex hostibus reportatis, ibi: *Et dedit ei decimas ex omnibus.* Et Jacob c. 28. libera voluntate Deo decimas vorit ibi: *Cum dormis, quas dederis mihi, decimas offeram tibi.* (In dicto proemio leg. p. sup. num. 5. & 6. signato hæc omnia recensentur.)

3 Quod neque ex vi juris divini positivum, sive legis mo- saicæ possint Christiani obligari ad solvendas decimas formaliter captas, est de se clarum, quia lex mosaica, seu lex vetus quoad præcepta iudicialia & ceremonialia in lege nova est omnino abolita, ut constat ex Apostolo ad Galatas cap. 3. n. 25. & cap. 4. n. 5. ad Hebræos cap. 7. n. 12. 18. & 19. c. 8. n. 6. & 7. Immo etiam quoad præcepta moralia, quæ non amplius obligant vi legis veteris, sed solum quatenus à lege nova, sive ratione naturali didicantur, eique Juri iniunguntur; Suarez loc. cit. c. 10. n. 5. Pirhing loc. cit. n. 7. Quod tempore novi testamenti non de Jure divino, sed solum de Jure positivo canonico, seu ecclesiastico sit obligatio solvendi decimas formaliter captas, est etiam de se manifestum, quia in toto novo testamento non est reperibile aliquid divinum præceptum, quod obliget ad solvendas tales decimas, adeoque ex solo Jure positivo canonico, seu ecclesiastico habetur hæc obligatio per multiplices textus in toto titulo de Decimis, & alios alibi, ut patet supra sub n. 17.

25 Tum quia decimæ formaliter captæ in variis locis per consuetudinem fuerunt diminutæ, alteratæ, immo quoad quosdam Regulares per pontificia privilegia omnino sublata, ut patet ex cap. Licet 11. & cap. In aliquibus 32. de Decimis, & ex variis Summorum Pontificum constitutionibus in Bullario contentis; sed hoc nec valide, nec licite fieri posset, si decimæ etiam formaliter captæ essent adhuc tempore novi testamenti de Jure divino, cum contra jus divinum nec valeat consuetudo; cap. Cum tanto 11. de Consuetudine; & DD. communiter; nec in illo dispensare possit Pontifex, hoc ipso quod lex superioris per inferiorem tolli non possit; cap. Cum inferior 16. de majoritat. & obedien. & Clemen. Ne Romani de election.

26 Adversarii volentes etiam nunc tempore novi testamenti extare obligationem de Jure divino solvendi decimas, adducunt varios canones, quibus dicunt expressè id declarari; Paschalis II. in cap. Decimas 47. caus. 16. q. 1. sic expressè dicit: *Decimas à populo Sacerdotibus, & Levitis esse reddendas, divina legis sanxisset auctoritas.* Urbanus II. in cap. Admonemus 2. caus. 16. q. 2. sic expressè pronuntiat: *Decimas... quas ipse Deus dare constituit.* Gregorius VII. in cap. Decimas 1. caus. 16. q. 7. sic expressè ait: *Decimas... quas fideles præcipiente Domino offerunt.* Alexander III. in cap. Parochianos 14. de Decimis dicit expressè, quod *Decima non ab homine, sed ab ipso Domino sint instituta.* Innocent. III. in cap. Tua 25. de Decimis asserit expressè, quod decimæ divina constitutione debentur. Idem Innocent. in cap. Tua nobis 26. eod. tit. sic expressè habet: *Decimæ, quas Deus in signum universalis dominii sibi reddi præcipit.* S. Gregorius Papa in cap. Quadragesima 16. dist. 5. de consecr. sic expressè dicit: *Fabentur etiam ab Omnipotente Deo, omnium bonorum nostrorum decimas dare.* Sed ad istos, & alios quoscunque consimiles canones statim respondetur, non esse intelligendos de decimis formaliter captis, sed solum de decimis materialiter sumptis, id est secundum substantiam, quatenus nempe sunt stipendium necessarium ad honestam, & congruam sustentationem ministrorum ecclesie, sub qua acceptione etiam nos dicimus esse debitas ipsis ministris de Jure divino, ut patet supra n. 14. & 16. Et dato, & non concesso, quod tales canones, ut prætendunt adversarii, sint intelligendi etiam de decimis formaliter captis, adeoque etiam ut tales esse Juri divini; Responderetur debere intelligi, quod sunt Juri divini non proprie, sed remote, & occasionaliter, quia nimirum decimæ, ad imitationem, seu exemplum veteris legis ab ecclesia sunt receptæ, & constitutæ, seu per propriam legem decretæ, qua ratio- ne etiam jejunium quadragesimale dicitur nobis esse præ-

ceptum ex lege, & ex Prophetis, & ex ipso Evangelio apud S. Augustinum. *Psal. 100. & alios SS. PP.* quia ad exemplum Prophetarum, & præcipue Christi Domini ab Apostolis fuit institutum; Sic Suarez tom. 8. de Relig. tract. 2. l. 5. c. Lessius l. 2. c. 39. n. 7. Pirhing l. c. n. 8.

29 Decimæ defraudans, vel non solvens peccat dupliciter, scilicet & contra virtutem Religionis, & contra virtutem justitiæ; Ita Azorius parti. 1. l. 7. cap. 23. q. 8. Lessius lib. 2. cap. 39. n. 8. Pirhing loc. cit. n. 9. Reiffenstuel loc. cit. n. 20. & alii passim. Prima pars patet, quia decimæ etiam nunc debentur in contestationem, & signum supremi, & universalis dominii super nos; cap. Tua nobis 26. de Decimis, ibi: *Decimæ, quas Deus in signum universalis dominii sibi reddi præcipit, & cap. Cum non 33. eod. tit. ibi: Cum autem in signum universalis dominii quasi quodam titulo spirituali sibi Dominus decimas reser- vaverit, adeoque qui eas defraudat contra cultum Deo debitum, & consequenter contra Religionem agit, sicque sacrilegium committit, ut expresse de defraudantibus decimas dicit Gregorius VII. in cap. Decimas 1. caus. 16. quest. 7. ibi: Sciant se Sacrilegii crimen committere, & æterna damnationis periculum incurtere.* Secunda pars etiam patet, quia decimæ nedum debent solvi in signum universalis dominii Dei super nos, & consequenter in suum cultum, sed etiam in debitam sustentationem ministrorum ecclesie suo cultui addictorum, quibus esset ipse concessit; cap. Cum tua nobis 26. de decimis, ibi: *Cum Deo debita sit solutio decimarum, in tantum ut eas Clericis exhibendas, quibus eas ipse pro suo cultu concessit, Laici si moniti reddere noluerint, ecclesiasticis sunt districtione cogendi, & sic cum ipsi ecclesie ministri spiritalia, & divina laicis ministrum, & debentur ipsis à laicis decimæ tamquam justum stipendium ex justitia, vi- cibus virtutis dicitur Matth. 10. Dignus est operarius cibo suo, & Luc. 10. Dignus est operarius mercede sua, & 1. ad Corinth. 9. Quis militat suis stipendiis unquam? & c. Cum secundum 16. de Præbendis: *Qui ad omnes vigilet, repellit non debeat de mercede.* Vide supra n. 4. Et manifeste innuitur in Concil. Trid. sess. 25. c. 12. ubi expressè præcipitur, quod defraudantes decimas non absolvantur, nisi restitutione secuta, isti: *Nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta absolvantur;* quod non præceperunt, nisi ad eas solvendas laici ex justitia tenerentur. Quinimo ex ipso Tridentino ibidem, defraudantes, aut impediendo solvere, possunt, & debent excommunicari, ibi: *Qui vero eas (Decimas) subtrahunt, aut impediunt, excommunicantur.* Et sic iam fuerat prius statutum in Concilio Rothomagensi relat. in c. Omnes decimæ 1. caus. 16. q. 7. ibi: *« Sed quia modo multi inveniuntur decimas dare nolentes, statuimus, ut secundum Domini præceptum admonentur semel, & secundo; & tertio, qui nisi se emendaverint, anathematis vinculo ferantur »* usque ad satisfactionem & emendationem congruam. Sic etiam ab Alexandro III. relat. in cap. Pervenit 5. de Decimis, Sic etiam à Clement. III. relat. in cap. Ex parte 21. eod. tit. & sic etiam ab Innocentio III. relat. in c. Tua nobis 26. eod. tit. Unde merito fuit damnatus à Martino V. in Concilio Constantiensi anno 1418. Constit. Incip. *Inter cunctas sequens articulus 18. inter alios Joannis Wicleffi de Anglia: Decimæ sint pure elemosine & possunt Parochiani propter peccata suorum Prælatorum ad libitum suam eas auferre.**

33 De origine decimarum in ecclesia non conveniunt inter se Scriptores. Illud certum est, initio nascentis ecclesie christianos omnia bona sua in medium contulisse; Act. c. 1. vers. 34. & 35. adeoque decimis opus tunc temporis haud fuisse. Licetque hæc communio bonorum postmodum cessaverit; tamen frequentes adeo & magnæ erant oblationes christianorum, ut satis consultum esset necessitatibus ecclesie; nec propterea opus fuit decimis. Idque sæculo etiam tertio obtinebat, ut liquet ex S. Cypriano epist. 1. ad Cler. & Pleb. Tarritan.

34 Ut primum autem ipsæ oblationes raræ, & tenues esse cœperunt, Patres Ecclesie hortati fuerunt christianos ad decimas, hisque proposuerunt legem Moysis, at non uti præceptum, sed uti exemplum. Pauci vero fuerunt, qui hoc exemplum sequebantur. Confes. Dio. August. Epist.

Epist. 85. ad Casulan. Presbyter. tum lib. De decem Chord. cap. 12.

38 Non sum nescius, eundem Divum Augustinum in Can. 66. caus. 16. q. 1. de decimis tamquam debitis loqui. At Sermonem 219. Dicit Augustinus. unde desumptus dicitur mox dictus Can. 66. adulterium esse vel inde satis patet, quod esset primus Dominiæ XII. post Trinitatem, & tunc haud erat inventa ea temporis differentia, quinimo nunquam habuit locum in ecclesia Africa. Re- que ipsa docti Benedicini, qui id sibi negotii dederunt, ut viderent opera Divi Augustini, sermonem hunc 219. minime tribuerunt ipsi Divo Augustino: Lovanienses (inquant) dubium reliquerunt. Rejicit post Virilium Viridungus, ob id maxime quod decimas, de quibus reddendis hic agit, intelligere liceat ex sermo- ne 2. in Psalm. 103. num. 9. & ex narratione Psalm. 146. num. 16. & 17. nondum fuisse Augustini ætate Clericis & Sacerdotibus datas, aut designatas. Casarium pon- tificus refert, quam Augustinum.

40 Nec turbare debet can. 68. pariter caus. 16. q. 1. in quo hic de Decimis uti debitis dicitur. Desumptus enim hic can. 68. dicitur ex Epistola quadam S. Hieronymi ad Damasum Papam. At Epistolam hanc dubia fidei esse admiserunt ipsi Correctores Romani.

42 Quo tempore autem lex de solvendis decimis lata in ecclesia fuerit, haud facile est statuire. Loquor de ecclesia latina, nam in ecclesia greca decimæ nunquam ex necessitate solute fuerunt. In ecclesia autem latina antiquius Concilium quod innoxiam solutionem decima- rum videtur Concilium Turonense II. anni 567. Conci- lium Matisconense II. anni 585. videtur incurrere, decima- rum solutionem jam ante mox dictum annum 567. de- mandatam fuisse. Penam vero excommunicationis in non solvendes decimas primum infixit Concilium hoc Matisconense. II. observante Fleury histor. eccles. lib. 24. num. 50.

47 Ex his, quæ dicta sunt de origine decimarum, ju- dicare quise facili negotio potest, an decimæ debite sint de jure divino, uti probe monuit Auctor n. 13. & plur. seq. Si nomine decimarum intelligimus stipendium ecclesie ministris propter ministerium & labores debi- tum, fatendum est non lege solum divina præceptas de- cimas, Lev. cap. ult. vers. 30. n. xviii. 21. sed etiam natu- rali, Matth. xx. Cor. ix. Natura enim docet his alimenta deberi, qui pro populo laborant. Quare Abrahamus in statu ante legem decimas obtulit Sacerdoti Melchise- dech, Gen. xiv. Si autem nomine decimarum determina- tam quantitatem, scilicet decimam bonorum partem ac- cipiamus, dicendum est, lege quidem divina deman- das fuisse decimas in veteri testamento, non item in no- vo quippe quod tale præceptum minime continet. Idque inde confirmatur, quod ut visum est, in ecclesia præ- ceptum de solvendis decimis sero factum fuit. Negamus (recte inquit Ziegler de Episcop. part. 2. c. 27. n. 7.) mo- rale unquam fuisse, ut decimæ solverentur ratione speci- ficationis, etsi libenter concedamus, generale fundamentum esse morale, & perpetuum, quemadmodum perpetuum est, ut mercedis solvantur operarii.

lit parochia existunt, nisi contraria sit legitima constructio, ad n. 4.

5 Decimæ ovium, aliorumque animalium, quæ dimidia parte anni morantur, & partentur intra limites ecclesie prædialis, & altera dimidia parte anni morantur, & partentur intra limites ecclesie parochialis, debent solvi pro medietate utriusque Parochie.

6 Sic etiam sunt dividende pro medietate inter duas paro- chias decimæ ovium, aliorumque animalium, quæ in una jacent, & dormiunt, & in alia partentur.

7 Quando oves, & alia animalia, nec morantur, nec partentur per ullam anni partem in parochia domini sui, sed in aliis, nulla pars decimarum debetur ecclesie parochiali domini, sed illi, ubi morantur, & partentur.

8 Decimæ ex ovibus, aliisque animalibus non sunt solvenda parochis illarum regionum, per quas pascen- do transiunt, & redeunt in domicilium.

9 Decimæ personales de Jure communi solvenda sunt paro- cho illius ecclesie, ubi percipit sacramenta, & audit divina, etiam si alibi luctum vi. q. in negotiatore reportet.

10 Tali proprio parochia debentur decimæ personales, etiam si parochianus causa comitandi regem, vel recreandi animam, vel agendi aliqua negotia, vel fugiendi pestem, vel causa belli, & hujusmodi extra illam paro- chiam residat, absque tamen animo transferendi domicilium in perpetuum.

11 Decimæ personales non debentur primæ parochiali, si quis mutaverit domicilium, sed secundæ, in qua recipit sacramenta, & audit divina.

12 Decimæ personales sunt dividenda inter plures ecclesias pro rata temporis, quo parochiani in eis audiunt divina, & recipiunt sacramenta.

13 Si quis artifex habeat domicilium in confinio duarum parochiarum, tenetur decimas persolvere illi paro- chie, ubi est pars domicilii, in qua semper laborat; Et si dubitet de qua parochia domicilium sit, tunc inspicenda est janua, seu porta illius principalis.

14 Si quis perceperit sacramentum Baptismi in ecclesia matrice, & reliqua sacramenta in parochiali, deci- mæ personales partim debentur ecclesie baptismali ratione Baptismi, partim parochiali propter reliqua sacramenta.

15 Alii autem Auctores volunt, & satis probabiliter decimas personales deberi solum parochiali, in qua audiunt divina, & percipiuntur reliqua sacramenta, non autem baptismali si ibi divina non audiuntur.

16 Unde circa hoc attendenda est consuetudo.

17 Quando parochia aliqua dimembratur, & erigitur nova parochia, decimæ prædiales ad parochiam matri- cem pertinentes non transeunt ipso jure in parochia- lem ecclesiam noviter erectam, sed remanent apud parochiam matricem, nisi eas Episcopus novo paro- cho ad præscriptum Tridentini assignaverit, ad num. 22.

23 Decimæ vero personales transeunt ipso jure in paro- chialem noviter erectam etiam ante ullam Episcopi assignationem; ad n. 24.

25 Decimæ variæ in casibus debentur integre soli Episcopo. Primo quando prædia quadam intra Diocesim suam sita, nulli certe parochia sunt assignata, tunc decimæ ex his debentur Episcopo.

26 Secundo quando adhuc reperitur aliqua Diocesis, in qua nondum sit facta divisio, vel distinctio paro- chiarum, tunc decimæ soli Episcopo debentur, non quidem ut sibi soli eas reserret, sed ut eas fideliter, & juste distribuat aliis Ecclesiasticis ministris in curam animarum cooperantibus.

27 Tertio quando Episcopus est etiam immediatus parochus in aliqua certa parochia, quam per Vicarium admi- nistrat, sive illa sit ecclesia cathedralis, sive alia.

28 Quarto quando, & ubi non obstat legitima consuetudo in contrarium, debentur Episcopo Quarta de singulis decimis.

29 Decimæ etiam Canonici Cathedralium, vel Collegiatarum, ac alii Clericis simplicia beneficia habentibus sunt

ARTICULUS II.

Decimæ quibus, & à quibus sint solvenda.

SUMMARIUM.

- 1 Decimæ antiquitus solvebantur loci Episcopo ad hoc ut ille easdem Clericis ecclesie ministris, juxta cu- jusmodi meritum, & exigentiam in sua diocesi fide- liter distribueret.
- 2 Postquam autem facta est parochiarum, & bonorum ecclesiasticorum divisio, decimæ de Jure communi solvenda sunt parochis.
- 3 Decimæ prædiales de Jure communi solvenda sunt paro- cho loci non solum à parochianis propriis, sed etiam ab alienis de agris, & prædiis, quæ intra limites ta-

sunt de jure communi solvenda secundum eam portionem, que eorum meritis, dignitatibus, aut beneficiis legitima auctoritate ecclesiastica est assignata. Sicuti, & quando eorum beneficia ex decimis legitime sunt fundata.

30 Decima debentur omnibus supradictis Clericis Beneficiis, qui ex officio in spiritualibus populo ministrant, etiam si ipsi sint divites.

31 Sic etiam decima debentur omnibus supradictis Clericis Beneficiis, licet sint mala vita.

32 Omnes fideles parochiani, niri aliquo speciali titulo seu jure sint exempti, tenentur solvere decimas, tum prædiales, tum personales.

33 Etiam heretici tenentur solvere decimas, tum prædiales, tum personales.

34 Etiam Judæi, & infideles tenentur solvere decimas prædiales, ex fundis, & prædiis, que decimis erant obnoxia, antequam ad eorum manus pervenirent.

35 Non tenentur tamen Judæi, & infideles solvere decimas personales.

36 Clerici simplices, & Non Curati tenentur solvere decimas, cum prædiales, tum personales de lucris, bonis & fructibus seculari jure acquisitis.

37 Non tenentur tamen isti Clerici simplices, seu non Curati solvere decimas de bonis ecclesiasticis titulo Beneficii, aut alio titulo clericali acquisitis, exceptis prædiis, agris, & aliis fundis, ex quibus antequam in dotem Beneficii assignarentur, decimas solvi solebant, ad n. 38.

38 Clerici Curati quocumque dignitate præditi, ut Episcopi, Abbates, Archiepiscopi, ac omnes alii Parochi quocumque nomine nuncupati, tenentur solvere decimas prædiales de fructibus bonorum titulo temporali, seu seculari acquisitionum.

39 Tales Clerici Curati tenentur solvere decimas prædiales ex prædiis, fundis, & agris etiam Ecclesiasticis, seu Ecclesiæ dotibus in alterius parochia positis, si de illis antequam in dotem parochiæ pervenirent, decima alteri parochi solvi solebant.

40 Non tenentur tamen tales parochi solvere decimas prædiales de bonis mere ecclesiasticis in propria parochia acquisitis.

41 Neque tenentur tales parochi solvere decimas personales, ad n. 43.

42 Regularis aut teneantur decimas solvere de omnibus acquisitis vel adquirendis, ad n. 60.

DECIMÆ antiquius antequam fieret parochiarum, ac bonorum ecclesiasticorum divisio, solvebantur loci Episcopo, ad hoc ut ille easdem Clericis ecclesiæ ministris juxta cujusvis meritum, & exigentiam in sua diocesi fideliter distribuere; cap. Decimas 1. caus. 16. q. 7. ibi: "Decimas sub manu Episcopi fore censemus, ut ille, qui cæteris præstet, omnibus juste distribuat. . . quia inhonestum videtur, ut alii Sacerdotes habeant, & alii detrimentum patiantur" cap. Pervenit 2. ead. caus. & quest. ibi: "Pervenit ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum non Sacerdotibus propriæ diocesis decimas, atque Christianorum oblationes conferunt, sed potius laicalibus personis, militum scilicet, sive Servitorum, vel (quod gravius est) etiam consanguineis: Unde si quis amodo Episcopus inventus fuerit hujus præcepti divini transgressor, inter maximos Hæreticos, & Antichristos non minimus habeatur." Postquam autem est facta parochiarum, & bonorum ecclesiasticorum divisio, decimæ de jure communi solvenda sunt parochiis, textu expresso in cap. Cura contingat 39. de Decimis, ibi: "Cum perceptio decimarum ad parochiales ecclesias de jure communi pertineat;" & cap. Cum in tua 30. eod. tit. ibi: "Parochialibus ecclesiis exsolvantur, ad quas de jure communi spectat perceptio decimarum." Et sic Rota recent. part. 1. dec. 371. num. 4. part. 5. tom. 1. dec. 64. num. 3. part. 6. dec. 61. n. 10. part. 7. dec. 133. n. 12. part. 8. dec. 83. n. 1. & part. 13. dec. 520. num. 2. Fagnan. in c. Cum contingat 29. de Decimis, Pirh. ead. tit. n. 6. Reiff. ib. n. 93. Barbosa. de off. & pot. Par. part. 3. cap. 28. §. 2. n. 7. & seq. & communis alio-

rum. (Leg. 4. lib. 5. lib. 1. For. Reg. leg. 7. tit. 20. p. 1. leg. 2. tit. 5. lib. 1. Ord. Reg. leg. 2. tit. 5. lib. 1. Recop. Cast. leg. 7. & 9. tit. 16. lib. 1. Ind.)

Decimæ prædiales de jure communi solvenda sunt parochiæ loci non solum à parochianis propriis, sed etiam alienis, de agris, & prædiis, quæ intra limites talis parochiæ existunt, nisi contraria sit legitima loci consuetudo. Prima pars est certa, & clara ex cit. cap. Cum contingat 29. & cap. Cum in tua 30. de Decimis. Secunda pars colligitur ex cap. Significavit 5. de Parochiis, & cap. Quoniam 13. de Decimis; ubi universaliter, ac indistincte statuitur, ut si terra intra certam aliquam ecclesiæ parochiam fuerint, decimæ earum eidem ecclesiæ debeant assignari; Et sic tenet Gloss. in dict. cap. Significavit 5. de Parochiis verb. Prædiorum, in cap. Cum sint 18. verb. Diversæ, & in cap. Apostolica 20. verb. Consuetudo, de Decimis, Fagnan. in c. Cum contingat 29. de Decimis n. 21. Engel lib. 3. Decretal. tit. 30. n. 6. Pirhing. ead. tit. 30. n. 85. Reiffent. ibid. n. 94. Rota recent. part. 17. dec. 208. n. 1. & est communis. Et ratio est, quia decimæ prædiales sunt onus reale inherens ipsis rebus, in oneribus autem realibus non inspicitur colonus, sed locus, ubi res sita est, arg. leg. Forma 4. ff. De cens. & c. De terris 16. de Decimis. Dicitur autem notatur, Nisi contraria sit legitima loci consuetudo: quia si alicui sit consuetudo, quod parochianis solvant proprio parochi, & non alieno, decimas etiam de agris, & prædiis sitis in aliena parochia, est adhuc observanda, textu expresso in cap. Cum sint 18. de Decimis, ubi statuitur, quod in hujusmodi casu ad consuetudinem sit recurrendum, & cap. Ad Apostolicam 20. ead. tit. ubi sic præcise habetur: "Super decimis vero messium, vel fructuum arborum, sit coluerit in alia parochia, quam in ea, in qua habitant (quoniam à diversis diversa consuetudo tenetur) tu eligas in hoc casu, quod per consuetudinem diu obtentam ibidem noveris observatum." Et sic Rota recent. part. 5. tom. 1. dec. 124. n. 15. part. 11. dec. 344. sub n. 1. & p. 14. dec. 27. n. 1.

Decimæ ovium, aliorumque animalium, que dimidia parte anni morantur, & pascentur intra limites ecclesiæ prædialis, & altera dimidia parte anni morantur, & pascentur intra limites ecclesiæ parochialis, debent solvi pro medietate utriusque parochi; Gloss. in dict. cap. Ad Apostolicam 20. de Decimis, verb. Personales. S. Thom. 2. 2. quest. 87. art. 3. ad 2. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. cap. 5. n. 8. cum sequent. & plurimi alii cum Barbosa de off. & pot. Parochi part. 3. cap. 28. §. 2. n. 38. Sic etiam sunt dividenda pro medietate inter duas parochias decimæ ovium, aliorumque animalium, quæ in una jacent, & dormiunt, & in alia pascentur: Fagundez de ecclesiæ præceptis præcep. 5. lib. 1. part. 5. n. 10. Basil. Pont. de sacram. matr. lib. 5. cap. 13. §. 3. n. 23. & 25. Barbosa loc. cit. n. 39. & alii. Quando oves, & alia animalia nec morantur, nec pascentur per ullam anni partem in parochia domini sui, sed in aliis, nulla pars decimarum debetur ecclesiæ parochiali domini, sed illi, ubi morantur, & pascentur; Basil. Pontius loc. cit. n. 25. Barbosa loc. cit. n. 40. & alii. Decimæ ex ovibus, aliisque animalibus non sunt solvenda parochiis illarum regionum, per quas pascendo transitum faciunt, & redeunt in domiciliis. Et ratio est, quia licet eundo, & redeundo pascentur in pasuis prædictarum parochiarum, hoc tamen nutrimentum minimum est, & parvæ considerationis, unde cum de minimis decimæ non sint solvenda; arg. leg. Socio ff. de in integr. restitut. leg. 4. in fin. ff. de edlit. edict. dicendum est, prædictis parochiis nihil deberi loco decimarum. Tum quia, ut recte advertit Navar. consil. 2. de Decimis num. 3. moraliter loquendo videtur impossibile recte judicare, quoniam quantitas prædictis parochiis solvi debeat, & quinam sit valor illius decimæ, quæ possit illis respectiva contingere: unde necessario dicendum est, non esse faciendam majorem impensam, nec majorem laborem assumentum quam sit res ipsa, propter quam assumitur; Barbosa loc. num. 42. & alii (Leg. 7. 8. 9. 10. tit. 20. part. 1. Leg. 3. tit. 5. lib. 1. Ord. Reg. Leg. 4. tit. 5. lib. 1. Recop. Cast. Leg. 1. 7. 8. tit. 16. lib. 1. Ind.)

Decimæ personales de jure communi solvenda sunt Parochiæ illius ecclesiæ, ubi percipit sacramenta, & audit divina, etiam si alibi lucrum v. g. ex negotiatione reportet; cap. Questi sunt 46. caus. 16. quest. 1. ibi: Familia vero eorum ibi dent decimas suas, ubi eorum infantes baptizantur, & ubi per totum anni circulum missas audiunt: cap. Ad Apostolicam 20. de Decimis, ibi: Noveris itaque, quod æquum est, ut illi ecclesiæ decimæ personales reddantur ab eis, in qua ecclesiastica percipiunt sacramenta; concordat cap. Significavit 5. de Parochiis. Et ratio est, quia sicut proprius parochus sua persona, & illius ministerio sacramenta, & spiritualia administrat, ita quoque oportet, ut ille in cujus favorem sit prædicta sacramentorum, & spiritualium administratio, eidem parochi solvat decimas de illis, quæ ex propria persona, & illius ministerio acquisivit. Et tunc proprio parochi debentur decimæ personales; etiam si parochianus causa comitandi Regem, vel recreandi animum, vel agendi aliqua negotia, vel fugiendi pestem, vel causa belli, & hujusmodi extra illam parochiam residet, absque tamen animo transferendi domiciliis in perpetuum; arg. cap. Is qui habet domicilium 3. de sepulchris in 6. & advertit in specie Navarri cons. 2. num. 5. de Decimis, quavis per accidens in tali parochia per totum tempus absentem non recipiat sacramenta, nec audit divina. Barbosa loc. cit. num. 16. Basil. Pontius de sacram. matr. lib. 5. cap. 13. §. 3. num. 19. Fagundez de ecclesiæ præceptis 5. lib. 1. cap. 3. num. 2. Decimæ personales non debentur primæ parochiali, si quis mutaverit domiciliis, sed secundæ, in qua recipit sacramenta, & audit divina; cit. c. Ad Apostolicam 20. de Decimis; Rota part. 5. rec. dec. 12. n. 1. Fagnan. in cit. c. Cum contingat num. 53. de Decimis, Butrius, & alii passim. Decimæ personales sunt dividenda inter plures ecclesias pro rata temporis, quo parochiani in eis audiunt divina, & recipiunt sacramenta. Rebuff. de Decimis q. 6. n. 5. Suarez loc. cit. cap. 21. n. 1. Fagundez loc. cit. n. 5. Fagnan. loc. cit. n. 56. Barbosa loc. cit. n. 29.

Si quis artifex habeat domiciliis in confinio duarum parochiarum, tenetur decimas personales solvere illi parochiæ, ubi est pars domiciliis, in qua semper laborat; & si dubitetur, de qua parochia domiciliis sit, tunc inspicenda est janua, seu porta illius principalis. Fagundez loc. cit. num. 6. & 7. Barbosa loc. cit. num. 30. & alii: Si quis percipit sacramentum Baptismi in ecclesia matrice, & reliqua sacramenta in ecclesia parochiali, decimæ personales partim debentur ecclesiæ baptismali ratione baptismi, quia est janua sacramentorum, cap. fin. de Præb. non baptizato, & partim parochiali propter reliqua sacramenta, ut colligitur ex cap. Questi sunt 46. caus. 19. q. 1. ibi: Dent decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum missas audiunt; que verba, ut dicit Fagnan, loc. cit. num. 56. satis clare innuunt decimas personales utrobique solvendas, id est tam in ecclesia, ubi quis baptizatur, quam in illa, ubi per anni circulum audit divina, & percipit reliqua sacramenta. Ita Goffredus in summa de Decimis §. 2. Butrius in cap. Cum contingat num. 8. vers. Quantum autem ad Decimas, Card. num. 8. verb. Personales autem, Abbas num. 6. vers. Remanet tamen unum dubium; Et alii contra varios alios volentes decimas personales deberi solum parochiali, in qua audiunt divina, & percipiunt reliqua sacramenta, non autem baptismali, si ibi divina non audiuntur, & sic tenet in cap. Statuimus, in verb. Baptismalem caus. 16. glossa 1. Glossa ultim. in c. Significavit 5. de Parochiis, Joan. Andr. & Ancharan. in dict. cap. Ad Apostolicam 20. de Decimis, Rebuff. de Decimis q. 6. n. 2. quæ opinio est vere probabilis, & satis placet, ex quo per textum in c. Apostolica 20. de Decimis, & c. Significavit 5. de Parochiis, decimæ personales debentur illi ecclesiæ, in qua quis audit divina officia, & percipit ecclesiastica sacramenta, ut jam dictum est num. 9. & textus in cap. Questi sunt 46. caus. 16. quest. 1. cum citetur etiam pro se ab auctoribus hujus opinionis, cum de facili possit intelligi in sensu copulativo, id est de ecclesia, in qua & baptizantur, & etiam missas audiunt, aliisque sacramenta percipiunt; Unde circa hoc est attendenda consuetudo, cui standum esse fatentur

etiam Auctores primæ opinionis. Vide sup. n. 4. (Vide circa c. fin. n. 14. cit. notatum in fin. art. 7. verb. Baptismus.)

Quando parochia aliqua dismembrata, & erigitur nova parochia, decimæ prædiales ad parochiam matricem pertinentes non transeunt ipso jure in parochialem ecclesiam noviter erectam, sed remanent apud parochiam matricem, nisi eas episcopus novo parochi ad præscriptum Concilii Tridentini assignaverit, sic expresse Sac. Congreg. Concilii 11. Martii 1617. Fagn. lib. 3. descr. in cap. Cum contingat 29. de Decimis à num. 42. Barb. de offic. & pot. Parochi c. 29. §. 2. num. 19. ver. Advertendum quoque, Reiffent. lib. 3. Decret. tit. 39. num. 104. & alii contra plurimos alios: & probatur ex verbis Conc. Trident. sess. 21. cap. 4. de reform. ubi sic expresse habet: "In locis vero (scilicet ecclesiis parochialibus) in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem, parochiani sine magno incommodo ad percipiendam sacramenta, & divina officia audienda accedere non possunt, novas parochias etiam invitit Rectoribus juxta formam Constitutionis Alexandri III. que incipit: Ad audientiam, constituere possint. Illis autem Sacerdotibus, qui de novo erunt ecclesiis noviter erectis præficiendi, committens assignetur portio arbitrio Episcopi ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus." Ubi, ut vides, ultima illa Concilii verba, competens assignetur. Ec. clare probant nostram conclusionem. Verbum enim illud Assignetur, quod est verbum facti, & requirit hominis ministerium; arg. si si quis §. fin. ff. Nauta, Cupones, Stabularii, & cap. Extrapandæ §. Qui vero 30. de Præb. & cap. Expositus 33. ead. tit. demonstrat aperte, quod tales decimæ non erunt ipso jure, cum non possit ipso jure transire, quod per ministerium hominis est assignandum. Idem demonstrant verba illa, Competens portio, nam Trident. noluit, ut nova parochia statim jus haberet super omnibus decimis parochiarum intra suos limites existentium juxta text. in cap. Pastoralis 9. de his que sunt à Prælati, sed ut illi competentis tantum portio assignaretur ab Episcopo; quippe ante ejus declarationem ignoratur, que portio sit competens, & consequenter non potest ipso jure in novam parochiam transire, cum præsertim portiones appellatio ne veniat pars, & non totum, l. Nomen filiorum, §. Portiones, ff. de verb. significat. Idem indicant verba illa, Arbitrio Episcopi, quia ex quo relinquatur arbitrio Episcopi assignanda competens portio, stat clarum, quod omnes decimæ non transeunt ipso jure in novam parochiam, cum in his, quæ sunt determinata à jure, arbitrium non intret; l. 1. §. Ait Prætor, ff. de jure delict. l. Moral. ff. de prob. Ec. De causis 4. de off. & pot. Jud. Delegat. ibi: Si tale fuerit negotium, quod certa exinde pars Canonibus exprimitur, eandem infliges; alioquin ipsa pro delicti qualitate, & causa secundum suum arbitrium punire proceat, ex quo textu clare patet arbitrium solum intrare in his, quæ non sunt determinata à jure.

Idem clare innuunt verba illa: Ex fructibus ad ecclesiam matricem quomodocumque pertinentibus: quia cum relinquatur arbitrio Episcopi assignare portionem novo parochi, sive ex decimis, sive ex aliis fructibus ad matricem pertinentibus, quæ tunc arbitratum non fuerit, decimæ non debentur, quia potest contingere, ut non assignentur decimas, sed alios redditus, & ratione incertitudinis, & ambiguitatis nihil debetur, ut l. Duo sunt Tituli, ff. de Testam. & l. Si ita fuerit, ff. de Reb. dub. (Vid. addit, quartam hisp. verb. Legatarius, Legatum.) Nihil enim est, quod possit executioni demandari, antequam appareat ex declaratione Episcopi quanta, & qualis sit hujusmodi portio, nam quod pender, non est pro eo, quasi sit, ut dicit text. in l. Is damnus §. quod pendet, ff. de Regul. jur. Unde Rota in Mediolanensi. Decimarum Declarat. 10. Martii 1616. coram bon. mem. Martino Andrea, propter supra allegata verba Conc. Trident. fortiter de sua conclusione hæsitavit, & ideo causam remisit ad Sacram Congregationem Cardinalium ejusdem Concilii interpretum, que sub die 15. Martii 1617. partibus auditis, & articulo mature discusso censuit, decimas ad ecclesiam matricem pertinentes non transire ipso jure in parochialem ecclesiam noviter erectam, sed remanere apud

à solvendis decimis sunt exempti per privilegia partim Juri communi inserta, partim specialiter concessa. Primo, per privilegia Juri communi inserta Regulares omnes sunt exempti à solvendis decimis personalibus; c. *Ex parte 10. c. Licet 11. & c. Ad audientiam 12. de Decimis*. Secundo per talia privilegia Juri communi inserta Regulares omnes sunt exempti à solvendis decimis de Novilibus, quæ vel propriis manibus, vel propriis sumtibus

Est pertactum, cui decimas esse solvendas; aliquid circa hoc est animadvertendum. (1) Agitur in presentiarum de privilegio exempti circa novallium solutionem: in qua quidem specie solum fit demora, in quantum inseritur; (2) novales omnium agrorum dominio, & proprietate ad regium patrimonium spectantium, esse in corona hispanica incorporatas; eorum verò, qui populorum dominio, communitatum, quorumvisve particularium inve-

(1) Vid. verb. *Bona*, vers. *De rebus que*.

(2) *Reg. Sched. 21. Junii 1766.* ibi: Que la gracia contenida en el Breve de la Santidad de Benedicto XIV. de treinta de Julio de mil setecientos quarenta y nueve, estaba cometida à todos los M. RR. Arzobispos, y RR. Obispos del Reyno, y à los Subdelegados que nombrasen para su execucion: Que constaba que el R. Obispo de Avila Don Pedro Gonzalez, requerido con el Breve de orden del Señor Fernando el Sexto, de augusta memoria, aceptó la jurisdiccion apostolica, y la subdelegó en Don Fernando Gil de la Cuesta, Presbytero, à instancia del citado Don Francisco Vinegra, siendo Promotor-Fiscal de esta comision, que parece habia sucedido en ella à dicho Cuesta: Que era punto digno de examen, si del Subdelegado debia haber apelacion al Delegante? Quáles debian ser los terminos de la jurisdiccion delegada en esta materia? Qué reglas se debian observar por parte de estos Subdelegados, para adjudicar estos diezmos à la Corona, sin agravio, ni perjuicio de los partícipes, y la forma de su recaudacion, reduciendose todo esto, con el debido examen à una regla constante, y sólida, que no exceda de la mente de la concesion, y terminos de ella, en perjuicio de los partícipes, ni por otro lado perjudicase à la real hacienda en la facil percepcion de los diezmos novales de lo inculto, ó supercreciente del riego del que habla el Breve; pues no haciendose las regulaciones, y declaraciones en una forma regular por el tenor, y mente del Breve, y con una audiencia à lo menos instructiva de los interesados, no podia tener firmeza lo que se adjudicase, à pesar del mayor zelo: y se prevendria los interesados partícipes aun en lo justo, y debido, para confundirlo todo por qualquier defecto de formalidad: que en estos terminos se podria consultar à nuestra Real Persona por lo tocante al recurso de Malaga, que el Juez Subdelegado no debia impedir à su Notario por el recogimiento de Autos, que vintiese à hacer relacion de ellos en la forma ordinaria, dignandose nuestra Real Persona mandar se le devolviesen para este efecto, y su prosecucion conforme à derecho; y que lo mismo executasen en los casos sucesivos, viendose estos recursos por el interes de la real hacienda, con asistencia precisa del Promotor-Fiscal de aquel Juzgado, y la del nuestro Fiscal, dandose la forma, é instruccion que pareciese mas oportuna en asunto de tanta gravedad, y que es trascendental à muchas partes del Reyno, à fin de evitar agravios, y recursos en lo posible, porque de otro modo, ya por los embarazos que suscitasen los partícipes, ya por lo que pudiesen exceder los comisionados, la gracia no tendria la debida execucion, y se haria esta odiosa sin culpa de los que la promoviesen, y por falta de una pauta determinada à que arreglarse: y así el prescribir reglas equitativas, y justas sin impedir à las partes los naturales recursos, era interes reciproco de la real hacienda, y de los partícipes, y obligacion del Señor Fiscal exponerlo al nuestro Consejo; del mismo modo conveniente, y aun preciso, oir sobre ello el parecer de los Ministros, y personas que nuestra Real Persona estimase, quando no tuviese por conveniente fiar al nuestro Consejo este reglamento: con atencion à todo lo referido, à lo que en consulta de veinte y tres de Noviembre del citado año

colunt, textu expresso in cit. cap. *Ex parte 10. de decimis*, ibi: *De Novilibus suis, que propriis manibus, vel sumtibus excolunt; & in c. Consultationi 33. de privilegiis*, ibi: *Terra, de qua non extat memoria, quod aliquando culta fuisset, redacta per Religiosos viros ad culturam, perpetuo debet quoad immunitatem de non solvendis decimis, Novallium jure censerit.* Per Novale autem, ut videt, intelligitur ager de novo ad culturam redactus, de quo non

proximo, hizo presente el Consejo à nuestra Real Persona, con presencia de ella, y de los repetidos recursos que se le han hecho por diferentes Reverendos Obispos, y Cabildos de las Iglesias Catedrales de estos nuestros Reynos, y otros llevadores de diezmos, en que se quejaron de los procedimientos del mismo Don Francisco Saenz Vinegra, como Juez Executor de la Gracia de Novales, que se impetró a nombre del Señor Rey Don Fernando Sexto, de augusta memoria, nuestro muy caro, y amado Hermano (que esté en Gloria) excitado el real animo de nuestra Real Persona de la justa piedad, y notoria propension que tiene al estado Eclesiastico; y enterado del contexto de la Bula, y Gracias que contiene, formalidades que deben preceder à su execucion, facultades del Juez que ha de entender en ella, y terminos con que debe proceder, por resolution de nuestra Real Persona de treinta y uno de Enero de este año, se mandó formar una Junta de Ministros escogidos, integros, y doctos del nuestro Consejo, y del de Hacienda, y de los Fiscales del de Guerra, é Indias, encargandoles el examen de estos puntos, que oyendo sobre ellos al Juez-Executor de la Bula, y al Promotor-Fiscal de su Juzgado, consultasen su dictamen: Y habiendolo executado, actuado nuestro real animo de quanto ha producido, y expuesto esta Junta, y de que el Juez Subdelegado ha procedido en la execucion de las dos Gracias que comprehende la Bula, contra el orden prevenido en los Cánones, adjudicando en varias diocesis à nuestra real hacienda los diezmos que estimaba por novales, y los que proceden del aumento de frutos à beneficio del riego, sin verificar los hechos que presuponen las Gracias, y deben preceder à su execucion, y aun sin dar audiencia à las Iglesias, y otros partícipes, que fundan de derecho à la universalidad de diezmos; deseando nuestra Real Persona dar esta prueba mas del amor que le merece el venerable estado Eclesiastico, en una materia en que el real patrimonio es el unico interesado, ha tenido à bien en este concepto mandar: I. Que el referido Don Francisco Saenz Vinegra no use de las facultades de Executor de la Bula llamada de *Novales*, concedida al Rey Señor Don Fernando Sexto, de gloriosa memoria, por la Santidad de Benedicto XIV. en treinta de Julio de mil setecientos quarenta y nueve, con la que por parte de N. R. P. se requirió al difunto Reverendo Obispo de Avila Don Romualdo Velarde, que delegó sus veces en el referido Francisco Saenz de Vinegra: II. Que se reponga todo lo executado por éste, y se restituyan las cosas al sér, y estado que tenían antes de aceptar la subdelegacion, y à las Iglesias, y demás interesados en la posesion de que se les despojó: III. Y que el nuestro Consejo se encargue de que tengan cumplido efecto nuestras reales intenciones en esta parte, hasta que se verifique el reintegro à favor de todos, y cada uno de los interesados, dando à este fin al mismo Vinegra las ordenes que tenga por convenientes. IV. Y como este real animo se termina à evitar todo perjuicio en esta materia, quando delibere N. R. P. hacer uso de las concesiones de esta Bula, se prevendrá al mismo tiempo à el Juez que haya de entender en ella, debe averiguar los hechos que han de calificarla, y oír sus excepciones à los in-

non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset, ut definitur in c. *Quid per Novales 21. de verb. significat*, ibi: *Ut Novale intellexerint agrum de novo ad cultum redactum, de quo non extat memoria, quod aliquando cultus fuisset.* Tercio per talia privilegia Juri communi inserta Regulares omnes sunt exempti à solutione decimarum de nutrimentis, seu pasuis animalium, & de hortis suis: textu expresso in cit. c. *Ex parte 10. de decimis* ibi: *Et de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis.* Quarto per talia privilegia Juri communi inserta Cistercienses, alique Regulares similibus privilegiis gaudentes exempti sunt à solutione decimarum etiam de prædiis, & terris non novalibus, illis scilicet, de quibus, antequam ad eos pervenirent, decimæ non solvebantur; c. *Ex parte 10. & cap. Ad audientiam 12. cap. Nuper 34. de decimis.* Immo cum hoc c. *Nuper* nihil novi juris induxerit quoad possessiones ante generale Concil. de anno 1215. acquisitas, stat etiam quod de jure communi tales Regulares de illis decimas solvere non teneantur, etiamsi antequam ad eos pervenirent, decimæ fuerint solute, remaneant in suo robore, quoad possessiones acquisitas ante dictum Concil. antiquo privilegio in cit. cap. *Ex parte 10. & cap. Ad audientiam 12. de decimis*, ibi: *Decernimus, ut de alienis terris, & amodo acquirentis, etiamsi eas propriis manibus, aut sumtibus excolant, decimas persolvant, ubi illa dictio Amodo idem importat, quod ab hac die in antea, ut inquit Hostiens. num. 1. in verb. Et Amodo, & Joann. Andreas n. 2. in cod. verb.*
(Ne forte Jurisperitis hispanis, si leg. 4. tit. 20. p. 1. variis in locis citatam relegerit, detur equivocacionis occasio circa anni assignationem, in quo fuit Concilium Lateranense IV. regnante D. Innocentio III. celebratum: bene equidem Auctorem ex illis quilibet advertebat in dicta assignatione se gessisse; per dictam leg. *Æra 1255.* proponitur, que anno 1217. æquivallet verum cum postriedie Idus mensis Julii ann. 1216. mortuus fuisset Summus Pontifex D. Innocentius III. patet, in *Æra* à lege nostra animadvertens, celebrationem dicti Concilii non fuisse effectum sortitam, sed in *Æra 1253.* ad ann. 1215. respondente, ut Auctór asserit; ideo error dissolvitur typographi.)

niuntur, non sic; ideo decimæ novales productæ in nova Colonia, patria lingua *Sierra Morena* ad regium gazam spectant: (1) à quarum præstatione per quatuor annorum curricula eximuntur ejusdem cultores; uti etiam accidit in novo incolatu ad civitatem vulgo de *Acudia* habitatoribus supplendam, ejusdem territorii coloni pro tempore quinque & viginti, à tali præstatione sunt immunes. (2).

tereados, dandoles el traslado correspondiente; y à mas de esto se dispondrà por nuestra Real Persona para este caso se faciliten los medios, à efecto de que las Iglesias, y partícipes, que se sintieren agraviados del Delegado, ó Subdelegado, tengan el recurso en el grado de apelacion à tribunal competente; con declaracion, de que si confirma la sentencia del Subdelegado, cause executoria; y si la revoca, se suplique para el mismo tribunal, con facultad de enmendar, ó confirmar su primera determinacion: V. Y se declara que en el caso de que determine nuestra Real Persona usar de la Bula, como unico interesado de las Gracias concedidas en ella, que en quanto à los diezmos procedentes del aumento de frutos à beneficio del riego, solamente debe tener lugar quando las aguas se deriven por acequias, ó conductos construidos à nuestras Reales expensas: VI. Y por lo correspondiente à la segunda Gracia concedida à Nos, y à nuestros Augustos Sucesores de los nuevos diezmos que resulten de rompiamientos de montes, y otros terrazgos incultos metidos en labor, se declara igualmente en el mismo concepto de ser el real patrimonio unico interesado en la Gracia, que solamente es verificable en los montes, y demas terrazgos incultos, que se reduzcan à cultivo, pertenecientes à nuestro real dominio, y propiedad; pero de ninguna manera en las tierras, montes, bosques, y demas que sean del dominio de pueblos, comunidades, ó particulares. Y para que esta real deliberacion, que fue publicada en Consejo-pleno, tenga su puntual, é invariable observancia, y cumplimiento, fue acordado ex-

Per privilegia specialiter concessa omnes fere Regulares hodie sunt exempti à solvendis decimis nedum personalibus, sed etiam prædialibus de prædiis, & fundis cunctis sive ante, sive post dictum Concilium generale de anno 1215. acquisitis, quæ propriis manibus, vel saltem propriis sumtibus excolunt. Ita testatur Barbosa de offic. & potestat. *Parochi part. 3. cap. 20. §. 3. n. 20. & in lib. 3. decretal. tit. 30. cap. 50. num. 5.* & alii passim in compendiis, & compilationibus privilegiorum Regularium, ubi in specie videnda relinquimus, cum minus operosum esset hic omnia talia privilegia speciatim adducere. Observandum tamen hic primò venit circa talia privilegia specialia Regularium, quod ipsa non valent, nisi habeant clausulam dicti Concilii generalis in cap. *Nuper 34. de decimis* derogatoriam. Sic pluries censuit Rota, & signanter in *Ortolen. decimar. 21. Martii 1586. & 9. Junii ejusdem anni coram Orano, & coram Cavalier.* inter ejus impressas *decis. 229. num. 3.* in qua fuit dictam exemptionem à decimis non suffragari, nisi in specie derogetur dict. c. *Nuper*; & in *Viterbien. decimarum 25. Junii 1618. Coram Cardinali Pamphilo postea Papa Innocentio X. & part. 1. recent. decis. 431. num. 2. pag. 7. decis. 42. num. 9. & part. 19. decis. 210. num. 3.* Et sic tenent *Barbosa loc. cit. num. 27. Fagnan. loc. cit. num. 28. & 29. Pirhing loc. cit. num. 59. Reiffenstuel loc. cit. num. 64. Petra tom. 4. comment. ad constit. 8. Martini V. num. 14. & alii.* Et ratio deducitur ex defectu intentionis in Pontifice concedente, quia Pontifex constitutioni Concilii generalis nunquam censetur derogare, nisi clausulam Concilii expresse derogatoriam adiciat, ut sæpe decidit Rota apud *Barbos. & Fagnan. loc. cit.* & tenet communis Doctorum *arg. c. Ex parte 3. de Capellis Monachor.* Sufficit autem, si in privilegio exemptionis à decimis prædialibus fiat derogatio alicujus alterius Concilii generalis cum addito: & *altorum Conciliorum*, vel si dicatur, *non obstante aliqua constitutione etiam in generali Concilio edita:* tunc enim censetur derogatum etiam dicto decreto Concilii Lateranensis; ut in terminis resolvit Rota in *caus. Conchen. exemptionis decimarum 17. Martii 1589. coram Orano, & aliis sæpissime, ut dicitur in decis. 316. num. 11. part.*

pedir esta nuestra Carta para vos en la dicha razon. Por la qual mandamos veais la citada real resolucion, y la observeis, y hagais observar à la letra en los casos que previene, arreglandos à su tenor, y forma, segun en ella se contiene, sin contrayenir en manera alguna, y que por el nuestro Consejo se expidan, para su puntual observancia, y cumplimiento, todas las ordenes, y provisiones que sean necesarias, y convenientes: Que asi es nuestra voluntad.

(1) *Reg. Sched. 5. Julii 1767. art. 19.* Los diezmos que produzcan estos terrenos incultos, como novales, pertenecen enteramente al real patrimonio en uso de su Regalia, y remuneracion de las expensas que le ocasiona el establecimiento de estas nuevas poblaciones, volviendo fructiferos à costa de crecidos desembolsos unos terrenos abandonados, ó en que no habia cultura permanente: debiendo los Fiscales salir à la voz, y defensa de qualquiera demanda, ó mal nombre que en esto se quisiese poner, y no es presumible à vista de la notoriedad del derecho Real.

(2) *Art. 5. ejusd.* En consideracion à ser novales estas, se les concede la exencion de diezmos por el termino de quatro años, quedando à beneficio de los Colonos, y se defenderà por los Fiscales qualquiera mala voz que se les ponga, quedando para lo sucesivo, pasados los quatro años, à beneficio del real patrimonio, como vá puesto en el articulo diez y nueve. *Reg. Sched. 22. Maii 1779. cap. 5.* Que todas las tierras que de nuevo se rompan, tengan libertad de diezmos por tiempo de veinte y cinco años:

part. 5. recent. & tenet Fagnan loc. cit. num. 11. Pirhing loc. cit. num. 59. Reiffensuel loc. cit. num. 67. Decius cons. 341. num. 16. Garcias de benefic. part. 4. cap. 5. numer. 40. & alii passim. Observandum est secundo, quod in generali communicatione privilegiorum quamvis ampla, non communicatur privilegium exemptionis a solvendis decimis, quæ communicationes, seu adæquationes privilegiorum, quamvis amplæ, & prægnantes, non extenduntur ad eas, quæ non solent concedi, vel saltem magna cum difficultate conceduntur, & in quibus agitur de præjudicio tertii, ut est exemptio decimarum, sicuti notant Doctores, in l. 1. ff. legat. 1. ubi Jason n. 21. Alciat. n. 4. Socin. Jun. const. 43. Anton. de Bur. cons. 19. quod teste Fagnan. loc. cit. num. 33. sæpius secuta est Sacra Cong. & Rota, & signanter in Valentina decimarum 28. Novemb. 1604. coram Lancelloto, in qua hic articulus fuit late discussus; in Tolentina decimarum 6. Novemb. 1605. coram Justo; in Medionalensi decimarum 10. Aprilis 1606. coram Justo; in Dertonen. decimarum 3. Martii 1608. coram Lugdunen. ut habetur part. 2. recent. decr. 214. num. 5.

56 Observandum est tertio, quod bona, & prædia quæ solutioni decimarum sunt obnoxia, remanent eidem oneri subjecta, etiamsi ad Regulares exemptos transeant, adeo ut Regulares teneantur illasolvere, quemadmodum solvebant laici priusquam ad ipsos transissent, nisi à Sede Apostolica speciale privilegium eos specificè quoad tales decimas eximens obtineant, prout firmavit Rota in Curial. decima Juni 14. Junii 1659. coram Taya, & part. 12. recent. dec. 223. num. 7. ad 21. & part. 17. decr. 232. n. 4. & pluries respondit Sacra Cong. Conc. apud Pignatell. tom. 2. consulti. 355. & tom. 8. num. 9. & seq. & Barbosa de offic. & potest. Parochi p. 3. cap. 28. §. 3. num. 43. & in Firmana decimarum die 14. Decembris 1640. ibi: Fratres Ordinis Sancti Augustini teneri ad solutionem decimarum pro prædiis acquisitis, quæ dum à laicis possidebantur, solutioni erant obnoxia; & in una Polon. seu Cracovi. decimarum 17. Junii 1645. ibi: "Sacra Cong. Conc. iterum, atque iterum auditis Regularibus, & præcipue Patribus Societatis Jesu, eorumque Juribus, & privilegiis mature discussis, censuit ab hisdem Patribus, & aliis Regularibus solvendas esse Parochis, & aliis Beneficiatis decimas, quæ solvebantur à laicis, priusquam bona in ipsorum Patrum Societatis Jesu, & aliorum Regularium proprietatem fuerint translata, firmis tamen remanentibus transactionibus desuper factis." Quod etiam renovavit in una Ripana die 16. Maii 1647. additque etiam non obstante Const. Gregorij XIII. quæ fuit redacta ad viam juris; & in una Camerinen. 13. Novemb. 1659. ibi: "Sacra Cong. Conc. censuit bona, & prædia, quæ dum à laicis possidebantur, decimarum solutioni erant obnoxia, ad Regularium monasteria cum suo onere transire, ac propterea Regulares teneri illasolvere parochialium ecclesiarum Rectoribus quemadmodum tenebantur laici, priusquam bona ipsa in monasterii proprietatem transulissent, dictisque Regularibus non suffragari allegata privilegia, sed requiri speciale privilegium posterius Sacro Concilio Tridentino cum individua derogatione cap. Neper." Et in Nucerna Paganorum decimarum die 24. Junii 1687. ubi ab dubium: "An ecclesie secularis, monasteria monialium S. Clara, & S. Dominici, & conventus, seu monasteria Regularium, nempe Carmelitaram, Minorum, Scholarum Piorum, Montis Virginis, Minorum Conventualium, S. Basilii, S. Benedicti, & S. Augustini teneanturolvere decimas prædiales ex bonis, ex quibus decimæ solvebantur à laicis antequam in prædictos transirent?" Responsum fuit Affirm. quoad omnes, & si habent privilegium, deducant in Sacra Congregat.

57 Et quidem quoad Patres Conventuales in Ferentina decimarum die 16. Jan. 1694. ead. Sacra Cong. Conc. censuit, eos non obstante exemptionis privilegio teneri parochisolvere decimas ex bonis titulo sive oneroso, sive lucrativo quasitis. Et quod Patres Prædicatores Rota in Carpenteracien decimarum, consideratis omnibus eorum privilegiis censuit eos non exemptos à Deci-

mis, nisi pro bonis quasitis ante Concilium generale, nec suffragari privilegia postea obtenta; utpote quæ non comprehendunt decimas spirituales, vel non continent necessariam derogationem dist. c. Nuper, de decimis, ut late firmatur in dec. 271. p. 19. t. 1. & consonat resolutio ejusdem Sacra Cong. in Florentina decimarum die 15. Jan. 1695. ubi resolutum fuit, parochia oppidi Petre Acute deberi decimas prædiales bonorum, quæ possidet conventus Patrum Prædicatorum intra parochie limites, Immo etiamsi bona essent data pro erectione monasterii, collegii, seu pro dote beneficii, quæ sunt immunita à quibuscumque collectis, & oneribus, quamvis Camera-libus, adhuc non eximuntur à solutione decimarum, ut plene Camera declaravit in Maceraten. 1. Jul. 1697. & Congregatio boni Regimini in Veliterna 27. Jun. 1699. Quinimmo Regulares, & etiam Collegia Societatis Jesu teneanturolvere decimas prædiales juxta loci consuetudinem, etiamsi in præteritum non solverint, ut respondit Sacra Cong. Conc. in Firmana decimarum 15. Junii 1697. & in Senogallien. 30. Aug. 1704.

Ad decimas solvendas non tenentur Regulares non possidentes stabilia, & qui de elemosynis vivunt, ut item Sacra Congregatio sub die 7. Octob. 1625. in specie pro Observantibus disposuit; Unde non comprehenduntur prædicti Fratres Minores de Observantia in Bulla indictionis decimarum super fructibus omnium ecclesiasticorum beneficiorum, & pensionum in universa Italia, & Insulis adjacentibus ejusdem Alexandri Papæ VII. prout declaratur in sequenti Epistola Subcollectioibus missa.

Molto Rever. Signor.

"Li Padri Min. Osserv. de S. Francesco, i quali sono Meditanti, e non possono possedere, per disposizione del proprio Istituto, rendita alcuna di emosine, che loro vengono fatte, non sono tenuti al pagamento delle Decime. Per tanto le Signorie vostre dovranno per tal conto non molestarsi; ed il Signore ne le felicità.

Di Roma li 20. Maggio 1661.

Delle Signorie VV. Affezionatiss.

N. Arcivescovo di Damiatina Tesor. Gener.

Loco Sigilli.

Francesco Miloni Secret.

Saccollettori delle Decime.

Sic etiam Theatini sunt exempti à solutione decimarum apostolicarum; Sacra Congreg. Immunitatis 11. Januarii 1595. lib. 1. decret. Valleman. pag. 168.

¶ In locis, in quibus parochiæ sunt divisæ, Juris assistentiam pro decimis habet utique Parochus, non item Episcopus, ut monet Auditor. Sed notandum est, quod si Episcopus pro decimis agat adversus possessores bonorum, datum non est illi declinare solutionem decimarum hoc sub obtentu, quod juris assistentiam pro decimis non Episcopus, sed Parochus habeat; maxime si Parochus Episcopo adhareat, Rot. in S. Severina decimarum 12. Januarii 1748. §. 4. & in confirmatoria 14. Junii ejusdem anni 1748. §. 6. cor. R. P. D. Bassio Decano. (Vid. leg. 4. & 23. tit. 20. p. 3.)

ARTICULUS III.

Decimæ ex quibus rebus, ac quo modo, tempore, & loco sint solvenda.

SUMMARY.

De Jure communi solvenda sunt decimæ prædiales de omnibus fructibus, seu proventus bonorum omnium tam mobilium, quam immobilium licite acquiritorum.

Assig-

- 1 Assignantur in specie ea, de quibus decimæ solvenda sunt.
- 2 Decimæ prædiales solvenda sunt, nedum de omnibus licite acquisitis, sed etiam de illicite acquisitis.
- 3 Decimæ personales, ubi illæ adhuc sunt in usu, nec dari debent, nec accipi possunt de illicite acquisitis, & illicite retentis, ad n. 5.
- 4 De illicite tamen acquisitis, & licite retentis, decimæ dari debent, & accipi possunt.
- 5 Quamvis vero de sic illicite acquisitis possint ministri ecclesie decimas repetere, non expedit tamen, ut illas repetant, donec sic turpiter viventes non se emendant.
- 6 Decimæ non sunt solvenda ex bonis acquisitis titulo hereditatis, legatis, vel donationis.
- 7 Si tamen bona acquisita titulo hereditatis, legatis, vel donationis sint pro illo anno soluta decimæ, debent solvi ab eo, qui eorum dominum, & possessionem acquisivit, sicuti tenebitur ex postquam illas solveat.
- 8 Decimæ prædiales solvenda sunt integre absque ulla deductione remissis, vel expensarum, quæ incolendis prædiis, & colligendis fructibus, pro custodia animalium, & hujusmodi sunt.
- 9 Insuper decimæ prædiales solvenda sunt integre absque ulla deductione tributorum, & centuum prædialium, vel aliarum exactionum, ita ut ante præstationem ipsarum integre solvi debeant, vel si prius tributa non decimata solvantur, & ipsa decimari debeant, si decimæ inde solveat cogatur, qui tributa accipit.
- 10 Decimæ prædiales solvenda sunt non nisi deductis prius expensis.
- 11 Decimæ personales solvenda sunt statim ac fructus sunt à solo reparari, & collecti.
- 12 Et obligati ad decimas tenentur illasolvere, etiamsi à parochia, vel ab alio jus decimarum habente, prius non monerentur, nec ab eis petantur.
- 13 Alioquin peccant, si sine justa causa solutionem notabiliter differant.
- 14 Immo obligati ad decimas tenentur ad restitendum damnum, si quod ex sua culpabili mora solvendi in Decimis sequatur.
- 15 Decimæ prædiales solvenda sunt pluries in anno, si prædia pluries in anno remittuntur, & pluries in anno fructus proficiant.
- 16 Decimæ personales, ubi illæ adhuc sunt in usu, solvantur omnes in fine cujusque anni, sicuti alii census, & tributa sunt solvi solent.
- 17 Si tamen alicubi esset diversa consuetudo, esset observanda.

20 Circa locum, in quo solvenda sunt decimæ, si attendatur jus commune, videtur quod parochiani propriis sumptibus teneantur illas deferre in domum, vel horreum parochi.

21 Si vera attendatur consuetudo jam fore ubique introducta; parochi ipsi, alique decimatores teneantur decimas colligere, & suis expensis in domum deferre.

22 Insuper addit. ex aliena manu, ad n. 30.

De Jure communi solvenda sunt decimæ prædiales de omnibus fructibus, seu proventus bonorum omnium tam mobilium, quam immobilium licite acquiritorum; Et decimæ personales solvenda sunt de omnibus lucris, & proventus per actionem, & industriam hominum licite acquisitis; Est commune; & de decimis prædialibus habetur clare ex cap. Nuncios 6. de decimis, ibi: Et de omni fructu decimas persolvere, cap. Ex parte 21. eod. tit. ibi: Et de omnibus bonis decimæ sunt ministris ecclesie tribuende. Cap. Ex transmissa 23. eod. tit. ibi: Fidelis homo de omnibus, quæ licite potest acquirere, decimas erogare tenetur, cap. Tua nobis 26. eod. tit. ibi: Cum de cunctis omnino proventus decimæ sint reddenda. Et de decimis personalibus habetur ex cap. Ad apostolicam 20. de decimis, ibi: Aequum est ut illi ecclesie decimæ personales reddantur &c. cap. Non est 22. eod. tit. ibi: De negotiatione, de ipsa etiam militia, de venatione... Decimæ sunt ministris ecclesie tribuende; & c. Decimæ 66. caur. 16. quest. 1. ibi: De militia, de negotio, de artificio reddenda decimas. Unde in specie decimas solvant 1. Frumentum, & triticum, 2. Palea, 3. Pennum, 4. Pascua, 5. Vinum, 6. Fabæ, & alia legumina, 7. Noces, amigdalæ, & Castanæ, 8. Olivæ, 9. Folia mororum, 10. Saccharum, 11. Pisces, 12. Apes, seu fructus earum, 13. Lac, lana, & fetus animalium cum nutriti sunt, 14. Venatio, & aucupium. (Multoties est preventum, ad decimandum; regulam esse consuetudinem; tamen de venatione, & aucupio in Indis non debentur, nec sunt decimæ solvenda, leg. 18. tit. 16. lib. 1. Ind.) 15. Ligna, 16. Linum, & canape, & his similia, 17. Negotium, & artificio, 18. Stipendia militum, 19. Advocatio, procuratio, merces, & salarium, 20. Furna, 21. Lapidicina, 22. Fodina metallorum, 23. Molendina, & his similia, ut colligitur ex citatis juribus, cum concordantibus, & enumerantur communiter à Doctoribus, & signanter à Barbo. de offic. & potest. Episc. p. 3. cap. 28. §. 1. num. 2. cum sequentibus, & Rota recent. part. 5. tom. 2. decr. 591. num. 12. p. 7. decr. 180. num. 10. p. 9. tom. 1. decr. 74. n. 9. & 10. part. 5. decr. 43. num. 8. & 9. decr. 99. num. 10. & sæpe alibi.

Decimæ prædiales solvenda sunt nedum de omnibus

Varie numerantur species, de quibus decimæ prædiales sunt solvenda: veluti ex frumento, palea, feno &c.; verumtamen regula per quam in hac regione fit patens, quibus ex rebus esse decimam præstandam, est consuetudo: ita ut si iudex ecclesiasticus, cujus est privativa cognitio, (1) illa contempta, in laicos procedat, ad quæcumque novitatem circa earumdem exemptionem evitandam, absdubio Senatui Supremo Castellæ peculiaritèr competet provisionem, vulgò de novis diezmos pro actum ab ecclesiastico formatum transportatione mandare expediri, nihil innovando, pendente recurso, regiamque schedulam, si de solutis iterum decimæ petantur. (2)

(1) L. 5. tit. 1. lib. 4. Otrasi, mandamos que ningun juez eclesiastico, por fatigar à los legos, los pueda citar, ni cite en la cabeza del Obispo: excepto en las causas criminales, beneficias, decimales: Auct. Acord. 1. tit. 5. lib. 1. ibi: Cuyo punto tocara al Ordinario Eclesiastico, como materia decimal, y meramente eclesiastica, en que el Consejo, sino es por via de fuerza, no podria poner la mano: Concord. anno 1737. cap. 12. Que la disposicion del Sagrado Concilio de Trento concerniente à las causas de primera instancia, se harà observar exactamente, y en quanto à las causas en grado de apelacion: como las beneficias: las jurisdiccionales, matrimoniales, decimales: Reg. Decret. 14. Januarii 1762. ibi: Que la jurisdiccion del Escusado es toda eclesiastica, y deben exercerla la persona, ó personas eclesiasticas que tenga à bien elegir para su execucion:

(2) L. 6. tit. 5. lib. 1. Porque en algunas villas, y lugares

destos nuestros Reynos no se paga diezmo de la renta de las yervas, y pan, y otras cosas, y somos informados que agora nuevamente algunos Obispos, y Cabildos lo piden, y fatigan sobre ello à los pueblos ante Jueces eclesiasticos: mandamos à los del nuestro Consejo, que llamados las personas que vieren que cumple, platicquen sobre ello, y lo provean, como convenga; y entretanto no contentan, ni den lugar que se haga novedad; y para ello den las cartas, y provisiones necesarias, asi para los Perlados, y Cabildos, como para los Conservadores, y otros Jueces que conocen de ello; y para que remitan los procesos al nuestra Consejo. L. 7. ejusd. Por quanto nos ha sido suplicado que mandásemos proveer en que de lo que se hubiese pagado diezmo, no se pidiese, ni tornase à pedir, ni llevar rediezmo por los Perlados, ni otras personas eclesiasticas destos nuestros Reynos: mandamos que en el nuestro Consejo se den las provisiones, y cédulas necesarias contra los dichos Perlados, y per-